



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

§. VII. Præstanda sub ipso officio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

& S. Josephi. Vel I. Pro Pontifice. II. Pro  
 Episcopis. III. Ecclesiasticis. IV. Religio-  
 sis. V. Conjugatis. VI. Viduis. VII. Virgi-  
 nibus. Vel I. Pro Regibus & Princi-  
 pibus. II. Animabus Purgatorii. III. Ex-  
 istentibus in peccato mortali. IV. Infide-  
 libus & Hæreticis. V. Pro Parentibus &  
 Cognatis. VI. Pro afflictis. & inimicis  
 VII. Pro Agonizantibus.

## §. VII.

Præstanda sub ipso officio.

I. **C**onare devotionem, attentionem, i-  
 tentionem actualem vel saltem  
 tualem continuare, aut aliquoties renovare,  
 re, præsentim sub gloria Patri.

II. Excita subinde fiduciam, quod  
 fallibiliter impetraturus sis ea, quæ per  
 modo rectè oraveris. Fiducia autem  
 innititur potentia divinæ, quæ potest opem  
 ferre, Sapientia quæ mille modos invenit  
 novit, Bonitati quæ vult succurrere,  
 infallibili promissioni & veracitati ad-  
 litati divinæ, quæ nequit fallere. Quod  
 autem promisit. Math. 7, Lucæ 11. Petri



Et accipietis, querite, pulsate &c. Quis igitur diffidat, si recte, si cum fervente fiducia, perseverantiâque oraverit?

III. Ad pronuntiationem nonnullorum nominum sapius occurrentium, v.g. Deus, Dominus, alleluja &c. convenientes affectus elice, scilicet adorationis, timoris, amoris, laudis, gratitudinis, reverentia: Ad voces vero: Nos, Homines, vel miseras humanas indicantes, excita affectus humilitatis, contritionis, compassionis. Aut attende ad sensum literalem, aut spiritua-lem, & Davidem in psalmis præuenientem in affectus, sequere, ut suadet S. Augustinus Conc. 3. in psalm. 30 cum ait: Psalmorum affectus nos exprimere oportet; timere cum timet Propheta, amare cum amat, laudare cum laudat, plorare cum plorat, postulare cum postulat, mentem ad Deum erigere, dum ille se erigit, nosmetipsos deprimere cum ille se deprimat. Hæc observando non erimus ex illis, de quibus scriptum est: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Matth. 15.